Cod. Ms
824

Ms. 824. 4°.

145 ll.

4° Cod. ms. 824

Queritur utrum lictor sive tortor salva salute anime sue possit exercere officium illud torquendo, mutilando aut occidendo sentenciatos ad mortem vel ad alias penas, et qualiter idem lictor sive tortor informandus sit, et qualiter possit accipere solarium aut precium laboris sui etc. 1

1.

Ad predicta respondetur. Quia qui peccat non peccat auctoritate legis ut est
tex. xxiii q. iiii c. Qui peccat. Sed cum a deo habeas potestates fuisse concessas
et propter vindictam malorum gladium fuisse permissum et dei ministerio esse
datum in hiis. quomodo igitur reprehenditur faciens tale delictum quod auctore
deo constat esse concessum ut vult tex. c. q. c. Quesitum. Minus ergo talis
iusticie ~~[illegible]~~ executor pariter periculo peccati quam iudex vel potestas mandans
hec fieri. Nam si talis minister in homicidiis executione potestati obediens sub
qua est constitutus hominem occiderit nulla civitatis ~~[illegible]~~ sive lege homicidii
reus erit, ymmo nisi fecerit reus imperii desertique contempti reputabitur.
ut dicitur in c. Miles xxiii q. v. ubi glossa dicit quod racione mandati superioris
excusatur etiam si fecerit contra conscienciam. Nam ut dicitur c. q. i. Quid culpatur in si
Quia hiis dicitur subditus si quod iubet non esse contra dei preceptum certus est vel certe
utrum sit certus non est tunc reum facit iniquitas imperandi, innocentem
autem militem ostendit ordo serviendi. Et est casus ~~[illegible]~~ ac forte
ad hoc in c. Pastoralis in glossa. Quia vero in tex. et glossa de off. dele.
ubi sententia pape quo exequi demandata, communis est conscientia dictet sententiam
fore iniustam, eam nichilominus exequi tenetur, quod si non fecerit noxe subia
cebit. Ex quibus liquide comprehenditur quod hiis iusticie ministris securior est
quam iudex dictans sententiam. Quamquam hec absque omni peccato fieri posse, ymmo non
meritorie legitur et notatur l. di. Si quis viduam in glossa. ubi dicitur tales
non posse promoveri. hoc non est racione peccati quia non peccant ista faciendo,
et ad idem pulcherrimus tex. xxiii q. v. Cum homo, et in c. Officia ubi
sic dicitur officia vindicte possunt implere boni bono animo. Quia pro
certo ut dicitur c. q. iii c. Non frustra fuit instituta potestas regis, cogni
toris ungule, carnificis arma, militis. Advertis ne quod ~~[illegible]~~ predicta
hiis sacri canones non solum non reprobant sed tamquam iusta et sancta absque
culpa ea exercendo acceptant et laudant dummodo tamen recto animo recte fiat.
Sacri autem canones nec veniale peccatum admittunt fieri pro quacumque
inevitabili necessitate et dampno etiam spirituali ut puta dampnacione alterius
vel liberacione ex inferno ut xxii q. ii. Queratur hoc et pluribus aliis
ibidem c. et extra de sen. excom. c. Quicumque et de restit. spol. c. literas
et de sen. ex. Inquisitioni. Possem ad hoc plura adducere sed restringo
stilum causa brevitatis. Verto autem me nunc ad figuram conscientie
vestre et dico ad simplicem eius petitionem scilicet per que modum et ex superdictis quod
hiis dicti officia anime saluti non officiunt, nec sunt aliqua ecclesiastica Sacramenta dare lictoribus [illegible]
sacramenta exercentibus talia deneganda quia recto animo et recte
facta sunt exercicia sancta et iusta et regni celorum meritoria si
tamen exerceantur ad effectum eorum ad que sunt instituta cum suis modis
racionibus et causis. Nam ut dicitur in d. c. Non frustra habent in se ista etiam
~~[illegible]~~ modos suos causas raciones et utilitates. Hec cum timentur et
mali coherceantur et boni inter malos quiete vivunt. ubi glossa in quo
causas et ideo. Nam sine causa nemo est puniendus. Raciones. Nam sine

Universitäts-Bibliothek München

leges et iudicandi utilitates Nam hoc solum lex agit ut vita hominum
corrigatur ut supra et prodest hec ibi in glossa. Ex quibus Responsio
questio ii ad secundam partem questionis Quomodo debeat talis inferri Respondeo. for
me talem Quod sit infirmandi quod idem exercitand officii exerceat
ad pravorum hominum morum correctionem et quiete bonorum Et nichil
agat quod patriis legibus prohibitum est aut sententiam iudicis ex
cedat vel quod ab eo non sit permissum nec aliquem innocentem non sen,
tenciatum secundum imperiales vel patrie leges quantumcumque compulsus
fuerit a quocumque tyranno quacumque pena que a legibus non per,
missa torqueat mutilet vel occidat etiam si tyrannus mandans
iudex [struck] foret nisi fuerit prius legittimo consistorio [struck] et
iuxta morem loci sententiet. Excepto dumtaxat imperatore cuius
auctoritas legibus non clauditur licet ex honestate leges servare
teneatur ut dicitur in l. digna vox C. de le. et consti. Quia talis posset
que iubere puniri morte aut alia pena ordine iuris non fuerit
positum. Et licet iniusta foret sententia eius non tamen peccaret minister
exequens ut notatur in d. c. pastoralis de offi. dele. Ceteri aut iudices
aut principes nequaquam quorum auctoritas legibus artatur. Ut quondam
fuit Maguntie factum [struck] tempore diethri ibidem archi
epi. Ubi quidam civis dictus henchin solmacher cuius innocent
per venerandum confessorem enericum de ryssenberg presbiteri decollatus
fuit absque sententia et iuris ordine. In tali enim casu aut similibus
minister nequaquam excusatur ab homicidio sic nec mandans etiam
si occidendus reus esset mortis ut dicitur in d. c. miles et c. Cum minister
xxiii q. v. Debet ergo in tali casu talis minister respondere quod
sit minister iustitie et non furoris aut odii nec etiam spontaneus
vel voluntarius homicida Quia si ex tali libidine ultro et
voluntarie offerret propter premium aut favorem humanum vel timorem
esset utique mortalis homicida ut dicitur in d. c. Cum minister et
quasi per totam questionem in pluribus aliis et ad que lectorem remitto
Dico etiam nec legibus permissam penam torquendi sed pro veritatis
inquisitione. Quia et etiam talis [struck] torsio fieri ex nudo
mandato iudicis sine sententia sed non usque ad mutilationem adustionem vel
notabilem debilitationem Qui iudex non debet incipere a tormentis
in ipsa inquisitione sed argumentis visibilibus et probabilibus. Et si
ex eis certis inductus indiciis si persona talis fuerit que se purgare
non valet testibus nec deferri possit ei iuramentum propter eius infa,
miam tunc pro veritate inde ferenda sufficienter [struck] probare talis
corpus tormenta extorquere ut dicitur in l. milites C. de questi. et
v. q. v. Illi in textu et glo. et xxiii q. v. Circumcelliones et
ex de pe. et c. Nobilis vir et de depo. c. Grauis Et quamvis secundum
ita doctores secundum diversas conditiones [struck] ta criminis inquirendi quam perso,
narum torquendarum modus torture arbitrio iudicis moderandus
relinquitur tamen debet tormenta ita moderare ut non sit nimis
gravia ut mutilet aut perpetuam membrorum debilitatem inducat
Nec etiam nimis mollia ut iuste inquisitionis veritatem eludat

Illud factum fuit Maguntie contra deum et leges et canones

vt dicitur in l. de tormentis C. de questionibus. et in d. c. Crudelitationes xxiij q. v
vsiunt prohibite aculei extensio sulcatis vngule et ardentes flamme
si laudate plage virgarum et in l. decuriones C. de questionibus pena fidicularum
id est funiculorum siue cordarum inter plebeiorum tormenta numerantur. Et talibus
vti posse lege permittente citra tamen vt permittitur mutilacionem aut effectum de-
bilitacionem ad mandatum iudicis ministrum huiusmodi securi posse. Ceteris vero
in d. c. Crudelitationes prohibitis supplicijs nequaquam quis etiam a iudice man-
daretur. Quia sicut talibus prohibitis tormentis vti mandare boni iudicis excedit
facultatem ita boni ministri decet in huiusmodi male mandatis competenti temeritate
Debet etiam religiosorum tortor torquendum non artare ut confiteatur que in
veritate non commisit sed replicatis sepe causis iuste contra eum habite presumpcionis
aut semiplene probacionis veritas quam prolata vox habere non potest hanc diuersis
cruciatibus et lateribus suis religiose exigere. Et ideo eum torquere in corpore
penis vt que commisit veraciter et fideliter ab eo exquiratur. vt vult textus
in d. c. Illi v q. v. Neque in huiusmodi iusticie ministerio aliqui crudelitatis
debet aut potest. Quippe non magis ipsi causa sue mortis sunt qui hanc
culpa criminis meruerunt quam iudex ferens sententiam aut tortor qui occidit
proximum tamen hec vindicta sit corrigendi peccata studio et non nocendi vt dicitur
in supra allegato c. Cum homo ab homine xxiij q. v. Confert namque huiusmodi exe-
cutor iusticie in huiusmodi afflictione quantumcumque terribilem penam mortis
sentenciatis pro hijs criminibus pro quibus sunt sentenciati eos inficiendo multo
certiores indulgencias pene et culpe presupposita sacramentali confessione
//quam et contricione // ipsa non plenitudine potestatis papa plenarias indulgencias
possit conferre viuenti. Ita presupposita sola contricione criminis. etiam si penam
huiusmodi non semiplena sustineat voluntate neque pro hoc crimine punietur
in futuro. etiam si fuit de numero dampnandorum. ex eo quod legibus punitus
est non punietur ab eodem in futuro. eo quod deus non iudicat bis in id ipsum vt
dicitur xiij q. ij. c. Quesitum in fi. quod vtique papa non posset pro certo crimine
remissionem dare dampnando. Denique si plena voluntate talis sententiam pro
suis criminibus diuina volentis iusta vindicta amplectitur. vt diuina
iustificacionis graciam consequitur quam amisit per culpam. Cuius perfecte voluntatis
euidens hoc esset signum si libere et absque fictionis palliacione sua male gesta
consistorialiter absque tortura confiteretur. etiam illa de quibus non fuisset
interrogatus. aut in iudicium deductus. esset tamen huiusmodi fori iurisdiccione
diffinienda aut sentencianda. et peteret ex contricione perfecta iusta clauis
sentenciam. certum habeo et indubitatum apud me quod talis in futuro iudicio
vniuersali nec particulari nequaquam iudicaretur. tum quia deus non iudicat bis
in id ipsum vt supra dictum est. tum quia stante hoc necessitatis articulo alius locus
penitencie diuino non patet et alia sua pena sic stante est impossibile.
Non impeditur aut nec obligatur vt in c. fi. Nec de re iuris l. vi. Cum
igitur per huiusmodi liberam criminum suorum confessionem vt permittitur. que ex vera
cordis contricione procederet perfecta iusticie clauis sententiam petisset. cum alia ei
diuino non pateat via satisfactionis satisfecisset vtique quod in se est et ideo
eius crimina vltra apud deum imputari non debent. per regulam imputari de
re iuris l. vi. Nec obstat quod culpa sua in hanc necessitatem inciderit.
et perfecte quia casus necessitatis impossibilitatis satisfactionis euenerit.
applicueris et ipse per premissa omnia que per eum fecisset fecit. sed vtique ad ma-
iore solucionem aut satisfactionem eum non teneri nec ob huiusmodi culpa ipso iure

tertii est ar ad hoc in c. oduardus de solu. Nam licet quis ex sua culpa ad
inopiam devenerit, tamen non obstante culpa ad solucionem non tenetur quia casus ne-
cessitatis excludit. Sic pariter in proposito sentenciato licet culpa sua hac ne-
cessitate inciderit, tamen quia necessitas habet omnem aliam satisfactionem excludit
ideo non obstante culpa ad aliam non tenetur. Et cum pro culpis suis et criminibus
in foro civili exteriori sententiam ex spontanea confessione et postulacione sua
nö exigit nec patitur aliam pro peccatis occultis faciendam. debet discretus confessor
hanc eandem penam ad quam sic est sententiatus iniungere pro penitencia et sua iuris-
dictionis civilis penam convertere in sacramentalem, eam occultorum peccatorum saluta-
re sentenciatum ex premissis cum pie consolando de divina misericordia et spontanea
huiusmodi sua pena finali gratuita acceptacione. Et diligenter admonere
ne moveatur contra huiusmodi iusticie ministrum in doloribus sibi afflictis si eum
aliquis videretur crudeliter agere. quia eadem sunt ei valde proficua quia satisfacto-
ria pro peccatis et insuper fervore caritatis ex spontanea confessione et sentencie
postulacione desiderio satisfaccionis et iustificacionis vite eterne meritoria.
Quia perfecto licet originaliter passionis sue causa mala extitit, tamen
propter eam sui humiliacionem veritatis confessionem et ad effectum sui iustificacionis
iusticie propria postulacionem causa sua mala causa bona fecit. et ita utique
patitur propter iusticiam consequendam. quam amisit per culpam. sicut de eis scri-
bitur apud misericordem deum illorum qui persecucionem paciuntur propter iusticiam qui
a domino beati dicuntur. Et ut premissa optatum sortiatur eterne salutis effectum.
nö debet admoneri religiosus tortor. quod si voluit per aliquid suam abbreviare
penam maxime si sentenciatus pusillanimis appareat. quod id faciat de licencia
iudicis. tunc ei non imputatur ad culpam. et sentenciato o magis meritorium.
qui ei per hoc celerius ianuam regni aperiat. et per apparere crude-
litatem magnum pietatis ostendat beneficium. melius utique quam plebanus
vel notorius aliquem excommunicatum denuncians. Nam licet sententia excommunicacionis
sit medicinalis ut dicitur in c. Cum medicinalis de sen. ex. li. vi. tamen est pri-
vacio communionis omnium suffragiorum militantis ecclesie et triumphantis. Unde ec-
clesia non permittitur vivus intrare et mortuus ecclesiastica privatur se-
pultura. Ut habetur de vita et ho. cle. c. i in glo. vel et in glo. ii sup
v. aut alias in c. Nup. de sen. ex. et in c. A nobis e. ti. ii quo ad se-
pulturam et in pluribus aliis iuribus. Cum igitur sacerdos denuncians quem ex-
communicatum privat vivum fidelium et sanctorum suffragiis et societatis communione.
et mortuum sepultura. et per hoc ei portam regni celorum claudere videtur eos.
Tortor vero suo ministerio sentenciatum per iuste ulcionis vindictam ab eternis
penis liberat. ipsas quoque in temporales et momentaneas commutat. et por-
tam regni que prius propter culpam clausa extitit. per satisfactoriam iustam
vindictam aperit et communioni fidelium hic et ibi coniungit. Nam talibus sentenciatis
sacramenta denegari non debent. nec post mortem ecclesiastica privari sepul-
tura ut dicitur in c. Quesitum et ca. se. xiii q. ii presupposita licencia iudicis
de sepultura ut ibidem dicit glo. allegans ad hoc l. ii ff. de cadaveri. Ex
premissis ergo luce clarius patet. quod plebanus et notorius inculpate iudicis sen-
tenciam excommunicacionis que crudelior est omni morte spirituali. multo fortius reli-
giosus tortor. sentenciam iudicis civilis que fit studio corrigendi ad salutem
que ut premittitur exequitur. Ex quibus colliguntur pulchra theoremata
pro confortacione et consolacione sentenciatorum et eciam tortoris. Ut videlicet nullus
occidat quamvis sentenciatum nisi prius confessus fuerit nisi forte esset infidelis.
aut animo confiteri contempneret aut rei publice ex mora execucionis mag-
num immineret periculum. et in tali casu credere voluntate confitendi re-

putari pro facto. cum bonum commune preferret bono privato. Cum igitur tor-
tor secundum premissa bene instructus cum moderaminibus predictis et recta cordis
et animi directione misterium sive iusticie sibi creditum bene ministraverit
utique secundum apostoli promissum gradum bonum meriti beatitudinis eterne sibi ac-
quirit. et stultorum hominum est hoc credere quod ex tali misterio per se
secundum utrumque iure humano et divino premissum ymmo mandatum et ad
correctionem iniquorum necessario concessum aliquam maculam peccati aut ani-
me periculum incurreret. etiam si hoc fiat temporalis mercedem faceret.
Recipere autem iusta est quod nemo militat suis stipendiis unquam et
evangelium dicit sentencia. quod dignus est mercenarius mercede sua. Unde sicut
sit doctor pro doctrina. advocatus pro suffragiis stipendium vel sa-
larium et iudex civilis sportulas exigere et recipere sit licite. sic et
hic ministro rei publice sibi non prohibetur. Et ad hoc plura posset alle-
gari iura. sed temporis angustia et carte brevitas hoc prohibent. et quia
notissima sunt tam apud theologos quam apud iuristas brevitatis
gratia ~~[illegible]~~ transeo. Ex premissis conclusio finaliter satisfactoria
colligitur. secunde questionis talis quod talis minister iusticie sine licite
licite sine periculo anime sue hoc misterium securius exercere potest. sentencias
et mandata iudicum modo premisso exequendo. nisi aperte fuerit contra
mandata dei. aut ius divinum quando iudex dictare sentencias aut man-
dare. etiam si mandatum vel sentencia discreparet a lege divina vel
civili. dum tamen non esset contra. Sic est in suspensione furis pro simplici
furto. Cum contrarium lege divina in levitico legitur et lege civili ex- *non de simplici furto*
presse prohibetur in autentica Ut nulli iudicum in § Quia vero nos
competit. Ubi sic dicitur. Pro furto vero nolumus omnino aliquem membro ab-
scindi aut mori. sed aliter eum castigari. et habetur C. de ser. fugi. in auten.
sed novo iure. Sed per consuetudinem contrariam huic prohibicioni derogatum
videtur. maxime quod sciente legislatore et tollerante. non contradicente. legis di-
consuetudo vim legis accipit. Sed quod hoc crimen sit contra mandatum divi-
num et obligatorium eterne dampnacionis. Ideo legitima consuetudo non sit
rei publice utilis quamvis discrepet ut dixi a divina et civili
lege. non tamen est simpliciter contraria cum deus furtum prohibuerit sub inter-
minacione pene eterne que multo maior est temporali morte. Ergo
nec iudex nec executor in hac parte peccant. si secundum leges patrie
et consuetudinem fures suspendunt. maxime cum etiam coll. x. de pa. tene.
§ Si quis v. solidos. expresse dicit textus quod pro v. solidis aut ducatis
fur posset suspendi. quamvis inter plures doctores circa hoc sit varia
de qua brevitatis gratia transeo. Et per hoc puto pro mea ~~[illegible]~~
ebetudine ad ~~[illegible]~~ utrasque questiones respondisse. Si quid recte
quod et ipse vellem a bono ihesu assumpta tu et tui. Si in aut minus bene
corrigat hec et me instruat et doceat cum venia imperitie. Alieni
aut adulantes non impinguent caput meum etc.

[redacted]

Ao 1493

Sequuntur hic quedam alie probationes ex sacre theologie scriptis et ex veteri ac novo testamento affirmantes lictores sive tortores exercere officium suum sine peccato ymo meritorie apud deum et ad salutem anime sue sicut etiam in prescriptis allegacionibus positum est.

Lictoribus officium et exercicium est sanctum et iustum rei publice necessarium utroque iure tamquam religiosum approbatum et laudatum divine beneplaciti voluntatis et iusticie explectivum et executivum opus angelicum peccatores deo rebellantes per iusta eorum punitionem et expiationem nullius facti aut iuris infamie illativum sed sanctis hominibus non solum in futuro sed etiam in presenti seculo gratie et glorie meritorium propter quod nulli ecclesiastica sacramenta sunt denegandum cum sit opus bonum et a peccato alienum. Hec conclusio pro maiori parte in alia questione auctoritate sacrorum canonum et iuris civilis sufficienter est declarata ad quam remitto lectorem.

Ad presens eandem probaturus auctoritate sacre scripture utriusque testamenti veteris et novi. Ita racio divine iusticie et divine voluntatis beneplaciti est ut culpa respondeat pena vel hic in presenti vita vel in futuro quod prophetica et legalis testatur scriptura et agiographa sive hystorica. Hinc in lege dominus dedit per moysen penas legales recompensativas offensarum tam dei quam proximi. Ut mandat maleficum inquit non patieris vivere. Et homicida ab altari avellendum ut moriatur et animam pro anima oculum pro oculo etc. dari in pena [illegible] pro commissa culpa precipitur. Quales penas a divina sententia dictatas in peccatores tam in veteri testamento quam novo ad multiplicat per angelos suos legimus executas esse qui utique numquam alia facere possunt quam que divine voluntatis beneplaciti sunt et iusticie et nequaquam voluntatis permissive quia de se mala sunt que deus non vult que numquam potest esse de malo. Docet hoc exodus in plagis egiptiorum et peremptione primogenitorum occisione et exercitus pharaonis in mari submersione et tercium Josue bellorum hystorie liber et Judicum. Regum denique pagine in Sennacherib grandis exercitus eius et ezechie protectione. In herodis obitu et Jacobi occisione et petri apprehensione ab angelo [illegible] actuum pandit hystoria. Et ideo dico quod pena iusticie que secundum leges per sanctos [illegible] promulgate sunt per iudices in malefactores sunt divine voluntatis beneplaciti. Sicque earum executio nominatur divine beneplaciti voluntatis executivum. Qua pena que immediate a divina processit sententia cum iudex sit minister dei ut vult apostolus ad romanos tercio decimo capitulo

hic nullus est defectus

Deniq[ue] cu[m] senes iniqui quor[um] falso testio[n]io susanna s[an]c[t]a ad morte[m]
co[n]de[m]pnata fuit p[er] s[an]c[tu]m danielem ~~liberata fuit~~ quieti fuerunt iusta
pene s[ente]n[ci]a[m] in ambos dictus angelus executore[m] s[e] n[on] dicere no[n] eru-
buit dicens s[e]c[un]do Ecce enim angelus d[omi]ni accepta s[ente]n[ci]a scindet te me-
diu[m] Et s[e]c[un]do Manet enim angelus d[omi]ni gladiu[m] habens ut secet te mediu[m]
¶ In anania et zaphira uxore eius s[ente]n[ci]e petri executore[m] fuisse ange-
lu[m] pro ut actuu[m] pandit historia nec dubitat Vin[cencius] bruder (?) q[uod] an-
gelicum sit opus ¶ Qualit[er] aut[em] pastores regulant in alio consilio sup[ra]
posito de ead[em] materia putem me sufficienter declarasse ideo hic
causa brevitatis transeo ¶ Dico nullius facti aut iuris infamie illatiuu[m].
q[uia] iuris infamia consistit in t[er]minos facto aut iure ipso facto aut p[er]
s[ente]n[ci]a[m] da[m]pnato de qui in l. i. C. ex q[ui]b[us] ca[usis] infa[mia] irro[gatur] ¶ facti aut[em] in-
famia s[cilicet] consistit in c[ri]mine apud bonos et graves viros ro[n]abilit[er]
opinato de qua in c. testimoniu[m] de testi[bus] et d[e] purgatio[n]e can[onica] p[ro]to et
in c. vra et c. tua nos de cohi[bitione] cl[er]i et mul[ieru]m ¶ Constat aut[em] executio[n]em
huius s[ente]n[ci]ar[um] esse iuris et de iure q[uia] nihil p[ro]desset s[ente]n[ci]as ferre
nisi executio[n]i demandet[ur] ut d[icitu]r in l. si ff. de legi[bus].

Deniq[ue] cu[m] finis pocior q[ua]m q[uae] su[n]t ad fine[m] ut dicit aristoteles i ethicor[um]
Qui aut[em] iure agit utiq[ue] bo[n]u[m] et iuste agit ut xxiii q. iii c. Q[uo]d dicat[ur]
et xxiii q. iiii Qui peccat lege no[n] peccat Ergo utiq[ue] nullius cri-
minis et [con]seque[n]t[er] nullius infamie nec iuris nec facti ymo c[ontra] g[rati]e
et glorie meritoriu[m] Na[m] leuite qui s[ente]n[ci]e s[an]c[t]i moysi executores
extiterant in filiis et fr[atri]b[us] di[citu]r ab eodem Consecrastis enim manus
vestras d[omi]no unusquisq[ue] in filio et fr[atr]e suo ut det[ur] enim vobis benedictio
exodi xxxii ¶ Helyas vir s[an]c[t]issimus no[n] meruit in paradisu[m] transferri nisi
prius CCCC ydolor[um] sacerdotes occideret sue et dei s[ente]n[ci]e devotus execu-
tor ¶ Samuel p[ro]pheta d[omi]ni nescio si unq[uam] ita dei voluntate ~~erat~~ et bn[e]
placatu[m] in sacrificiis tabernaculi fecerat sic cu[m] sue et dei s[ente]n[ci]e qua[m] saul
p[er]fecte exequi neglexit in occisio[n]e agag regis amalechitar[um] placavit
que[m] manu sua occidit ¶ Finees occidendo zambri et cobsi formi-
cantes ira[m] d[omi]ni placavit et summu[m] meruit sacerdociu[m] ¶ Mathatias
trucidando apostata[m] iudeu[m] ydolis ymolante[m] suis filiis meruit
sacerdociu[m] et regnu[m] pro ut machabeor[um] testat[ur] hystoria ¶ Gedeon
dux filior[um] isr[ae]l zebee et salmana reges madian sua s[ente]n[ci]a ad mor-
te[m] [con]de[m]pnatos executor[um] sue s[ente]n[ci]e no[n] vilibus de p[o]p[u]lo sed ob reverencia[m]
s[an]c[t]e iustic[ie] primogenito suo ieter mandavit Iudicu[m] viii c. qua[m] cu[m] p[ro]p[ter]
etatis teneritudine[m] exequi no[n] potuit aliu[m] digniore[m] ad hoc di[gnitatis] s[an]c[tu]m opus
no[n] naut q[ua]m se ip[s]um ¶ Salomo s[ente]n[ci]as in ioab adoniam fr[atr]em suu[m]
semei iniuriatore[m] patris sui latas illustrissimu[m] viru[m] natu[m] sacerdo-
tali p[ro]genie p[r]incipe[m] milicie sue exequi fecit. Et g[e]n[er]alit[er] revolue
tota[m] serie[m] sacre s[crip]ture [et] i[n]venies in ea repiri q[uod] ex [con]tactu mortui
quis legale i[m]mu[n]dicia[m] que fuit q[ua]si quedam macula infamie ta-
lis contraxerit Sed de occisio[n]e vivor[um] vel a lege vel a iudice
p[er] s[ente]n[ci]a[m] da[m]pnator[um] nec legale[m] nec moralem macula[m] infamie
vel culpa[m] unq[uam] [con]traxisse invenies quinymo tales executores
s[ente]n[ci]ar[um] ca[usa] humanar[um] fuisse milites evangelica testat[ur] veritas

que narrat p(er) milites xp(istu)m fuisse afflictu(m) flagellatu(m) coro-
natu(m) illusu(m) et tandem crucifixu(m). Et q(uo)d sit militare offi(cium)
colligi p(otes)t in c. Quid culpat(ur) xxiii q. i in fi(ne) ubi di(citur) q(uod) si quis per
regem iniuste p(er) simi(lia) mandatur occidi. Non ips(e) facit r(eu)m
iniquitatis imp(er)andi (com)mouet(ur) aut ostendat milite ordo ser(v)i-
endi. Nusq(uam) enim in tota veteri lege legit(ur) penales sentencias lege
vel a iudice s(ecundu)m lege iuste promulgatas d(omi)n(u)s fieri unquam
executor(um) ca(us)a(m) ali(quam) voluit. nisi ab honestis ho(min)ib(us) iudicib(us) vel
ab o(mn)i p(o)p(u)lo. aut manib(us) aut lapidib(us) n(on) ad infamia(m) (con)cluden(dum)
vel crimina sed pocius ad multu(m) sanctitat(is) dicendo. Auferes malu(m)
de medio tui. q(uia) p(o)p(u)l(u)s s(an)c(tu)s es d(omi)n(o) deo tuo. et similia verba in tali
executione in pentatheuco multa inveni(u)ntur. Et q(ui)a culpa est ad
p(e)c(catu)m relaxare vindictam. Ut di(citur) xxviii di. Quia sunt nolle. Et san(c)-
tissime leges sunt sacra imperiali edite s(e)c(un)d(u)m s(an)c(t)o dictam(in)e auctoritate
ad effectu(m) puniendi vicia et crimina. Decorum est imperialis maies-
tatis et maxima iniuria sacrarum legum q(uod) executores iusticie s(e)c(un)d(u)m eas
sint turpes aut infames persone vel peccatores. cu(m) executio ca(us)a(rum) vite
eterne sit et in (con)iunctione ~~[illegible]~~ t(ame)n meritoria ut satis declaratum (con)stat
ex premissis. hic et in alio (con)silio de eade(m) ma(teri)a edito ad instancia(m)
petentis. Et ideo (con)clusio predicta s(ecundu)m o(mn)es eius clausulas sive
partes relinquit(ur) vera. q(uod) videlicet p(ro)pter hoc officium vel exerci-
ciu(m). a sacra (com)munione sacramentor(um) et cena fideliu(m) nullo mo(do) pos-
sit suspendi. cu(m) sit a peccato et infamia aliena

Queritur modo quomodo lictori sive tortori possit impetrari
sacra (com)munio cu(m) ab(er)rac(ion)e q(ui)a forte obsit (con)suetudo (con)traria etc.

Respondet(ur) hanc (con)suetudinem o(mn)ino n(on) valere cu(m) sit legi divine
et humane (con)traria sc(ilicet) q(uod) quilibet xp(ist)ianus ad minus semel in anno te-
net(ur) (com)municare de p(re)c(ep)to et t(ame)n sibi v(er)o usus subiectus a lex quo ad det(er)-
minatione(m) temporis e(st) humana. fundata sup(er) lege divina nisi manducaveritis etc.
Jo(hannis) vi. Ideo (con)traria (con)suetudo o(mn)ino n(on) absistit s(ed) est corruptela Quia
licet (con)suetudinis n(on) sit vilis auctoritas n(on) t(ame)n tn adeo valitura
momento ut aut rac(ion)e(m) vincat aut lege(m) ut di(citur) C. q(uae) sit lon(ga) co(n)sue(tudo).
q(uia) lex canonizata e(st) xii di. c. Consuetudinis. Ampliore p(ro)bac(ion)em
auctoritate sacre scripture brevitatis causa ~~obmitto~~ dimitto cu(m) sit no-
tissimum. Et ideo si invenit(ur) lictore n(on) h(abe)re alia infamia officia
puta lupanariu(m) vel aliud offi(cium) criminosu(m). audiat(ur) (con)fidenter et
examinet(ur) de articulis fidei et de aliis p(er)tinentib(us) ad bonu(m) et veru(m)
catholicum et si in hiis invenit(ur) planus et diligibilis. absolvat(ur)
et mittat(ur) ad plebanum cu(m) fideli testimonio (con)fessionis sue s(ecundu)m hunc
qui sequit(ur) effectum Universis xp(ist)i fidelibus hoc p(rese)ntes scriptum
visuris et lecturis pateat evidenter q(uod) anno d(omi)ni etc. feria etc.
p(rese)ncium exhibitor. N. s(ecundu)m legalis iusticie executor michi N.
~~[illegible]~~ pro (con)fessionibus audiendis laycorum canonice et regulariter p(rese)ntato
et deputato sp(eci)e venie et remissionis tanq(uam) filius obediens s(an)c(t)e matris ecclesie

sua peccata humiliter est confessus et a me de pertinentibus ad bonum catho-
licum et verum cristianum diligenter examinatus et ut talis repertus in
forma ecclesie consueta iniuncta ei penitencia salutari legittime est ab-
solutus et ad participacionem sacramenti eukaristie dummodo aliud legittimum
impedimentum non obstiterit admissus. Ad cuius rei evidenciam et tes-
timonium presentem apodissam manu mea scripsi et subscripsi. Datum etc.
Et mittitur cum tali apodissa ad plebanum, quod si noluerit eum ad-
mittere, informet idem plebanus de huiusmodi scripto superpositum de
lictoris officio etc., quod si etiam noluerit mittitur ad episcopum et eo
predicto et indubitanter obtinebit petita si saltem episcopus e vir sancte
et consciencie bone quod semper presumitur etc.

Sequitur argumentum nescio cuiusdam concionatoris seu potius ut cum venia dixerim cavillatoris super artifices qui faciunt taxillos et cartaludia quos idem nititur sua responsione super suo argumento defendere quod salva salute anime sue et se prolemque suam cum talibus nutrire. Nulla super hiis lege theologica seu utriusque iuris autentica scriptura etc. Recitatur nichilominus a quodam alio conscientioso quid iuris super premissis in premissis argumentis et solucionibus que hic sequuntur in forma et completis hiis frivolis presumpcionibus sequuntur quedam probatissime materie refutantes et annichilantes fallaces presumptuosas scripturas sepedicti concionatoris.

Omne agens quod agit propter finem bonum et sanctum non agens contra caritatem dei et proximi bene et laudabiliter et meritorie agit. Sed faciens taxillos, cartas et cartaludia et similia, ut se prolemque suam nutriat, proximum suum a fastidio alleviet, tristiciam longius pellat, fantasias que malas per predicta abiciat, ut deo promptius serviat et bona opera affectuosius exerceat, finem bonum et sanctum habet nec contra caritatem dei aut proximi agit, cum neminem offendat, ledat nec iniuriam alicui inferat. Igitur faciens predicta, videlicet taxillos, cartas et huiusmodi etc., bene et laudabiliter et meritorie agit. Consequentia bona in tercio modo prime figure. Maior est manifesta et confirmatur per unam maximam topicalem, scilicet Cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est. Et minorem docuit per experienciam. Nec est iste aliquibus per aliam viam se suosque nutrire cum nullum aliud sciat artificium. Si dicatur ~~[illegible]~~ quod talis etsi non faciat contra caritatem dei nec proximi directe quia illa de se non sunt mala et possunt bonis aliquam esse exercicium virtutis, nichilominus tamen indirecte facit contra caritatem dei et proximi cum dat indirecte occasionem multorum malorum, puta blasphemiarum, iuramentorum terribilium, furtorum, homicidiorum et aliorum multorum malorum que in ludis solent contingere. Contra. Tunc eciam tabernarii non deberent vendere vina. Quia propter inebriacionem et vinum immoderate sumptum multa mala contingunt, scilicet adulteria, homicidia, gula, iuramenta, blasphemie etc., sicut docet experiencia. Si dicatur: Concedo quod ibi sunt multa mala, propter tamen illa mala non datur nec venduntur vina, sed ut moderate et ad sanitatem sumantur. Si autem aliquis sit adeo perversus quod immoderate sumit vinum, hoc cauponem nullo modo viciat. Quia nullus est malus propter voluntatem pravam perversam et iniquam alterius. Contra hoc. Responsio confirmat conclusionem meam. Quia faciens taxillos et aleas non facit illa ut mala fiat sed ut bene fiat et proximum recreent, fastidium tollat etc., et ut ipse se prolemque suam nutriat ut cum aliis deum glorificare valeat. Si autem voluntas alterius est mala, perversa et iniqua, quis ad faciendum qui bonus est et ad bonum finem ordinat. Ergo sicut licite quis potest vendere vina, ita eciam licite potest facere taxillos et alia predicta. Et confirmatur: Quia si propter voluntatem perversam malorum illud non esset faciendum, sequitur quod multa bona et necessaria essent obmittenda quod est inconveniens. Consequens est falsum ergo antecedens. Regula probatur. Quia facientes gladios

pucciones balistas lanceas et bambardas ad defensionem rei pu-
blice multi peccarent quia per illa multa mala eveniunt scilicet rapine
homicidia et sanguinis innocentum effusiones multiplices. Si respondes
non est simile hic et ibi. Quia defensio rei publice est necessaria et
bona non sic de ludis. Contra illa responsio nichil valet. Quia et
si defensio rei publice sit bona et necessaria nichilominus tamen faciens ar-
ma dat indirecte occasionem malorum terribilium. Faciens enim taxillos
bono fine non male facit ut dicis nisi quia dat occasionem indirecte ad
malum et offendit indirecte caritatem dei et proximi. Sic est in tua re-
sponsione de facientibus arma. Sed non sunt facienda mala ut veniant
bona. Igitur sicut ille male facit faciens taxillos etc. ita et faciens
arma cum sit omnino simile et utrumque sit nonnunquam necessarium. Confirmatur
Quia tunc omnes sartores quicunque etiam essent mali peccarent. Quia fa-
ciendo vestimenta etiam bona intencione sit homo pronus in illis superbire
unde quamvis monachus in cappa pediculosa et rusticus in vili toga.
magis est superbus quam rex in purpureo vestimento. Item sequeretur quod
faciens lutinas ziteras et diversorum generum fistulas quibus fre-
quenter homines moderni temporibus utuntur ad malum. puta ad choreas fa-
ciendas. ad vana gaudia et leticias inepta ostendendas. nocturnis
temporibus in plateis deferendas ad puellarum et mulierum bonarum mentes
pervertendas gravissime peccaret nec absolvi deberet. Item easdem raciones
quas ponis de facientibus taxillos cartas et huiusmodi quia ex bene possunt
habere usum bonum sicut alia ita creata et alia que bene habeant et malum
propter perversitatem voluntatum iniquarum hominum. Ergo sicut unum est licitum sic
et reliquum etc. Quare propositum. [struck] petit in breves [struck] quid
queris etc.

Responsio fratris anthonii pherr super proposito frivolo argumento ad quedam fratrem bone conscientie de facientibus taxillos et cartas et cetera huiusmodi ludibria etc.

De facientibus taxillos cartas et cartaludia utrum susti-
neat ad salutem talium mechanicis nutrire se prolemque suam cum
de ipse ut vos [struck] dicitis et concionatur vel pocius ca-
villatur. ad cuius argumentum me remittit super scriptum quod non sit
contra caritatem dei nec proximi. Sed certe michi videtur quod utrumque
habeat velamen ignorancie super corda vera circa istam caritatem
et hoc cum venia dixerim. Est nempe argumentum concionatoris istius
apud peritos risu dignum. Arguit quippe et sibi ipsi respondet
nullius innixus scripture aut doctoris autentici auctoritati sed
sui ipsius fallaci experiencie super pessimo ignorancie iuris fundamento
et presumptuosum propriis firmatis iure et a iuris doctoribus et
sacre theologie implicat. suas nititur probare et fundare raciones no-
lit ignorantium doctor sed seductor. Si talia predicat aut simi-
lia instruit consciencias aut consilia animarum suarum petentes. Est
ergo argumentum tale. et sillogismus quo propositum suum probare
nititur. Omne agens quod agit propter finem bonum et sic non
agens contra caritatem dei et proximi. bene et laudabiliter et me-
ritorie agit. Sed faciens taxillos. cartas vel cartaludia
ut se prolemque suam nutriat. proximum suum a fastidio alle-
viat. tristiciam longius pellat. fantasias que malas propter predicta

abiciat ut deo prompcius seruiat et bona opera affectuosius exerceat
sine bonum et finem licet nec contra caritatem dei vel proximi agit cum neminem
offendat ledat nec alicui iniuriam inferat. Igitur faciens predicta vide-
licet taxillos et huiusmodi et sic bene et laudabiliter agit et meritorie
Re consequenter quia est bona in fine modo sequitur. Hic est sylogismus quem fert
cuius quidem maiorem concedo cuiusque probacionem et confirmacionem quamuis sint
inepta non pono propter breuitatem. Sed dumtaxat falsam et presumptuosam
minoris probacionem que talis est. Sed in more didici per experienciam
nec est peius licet aliquibus per alia via se suosque nutrire cum nullum aliud
sciat artificium. Replicas suas et eorum soluciones fictas
parcens papiro et labori scribere breuitati studens ad presens supersedeo
cum tota replice quam soluciones non innititur fundamento petrino sed sicut
sed ut premittitur fantasticus fictus sicut in hac sua replicacione
in qua ondit se non intelligere ea de quibus affirmat. Quia et si
iste posset exquirere finis taxillorum etc ut nutriret se plerosque suos
Rogo an exquiri posset fines illi quos creuit in sequentibus videlicet
ut proximum a fastidiis alleuiet etc cum si soli illi crearet taxillos
et cartas et qui hos fines et effectus quereret certe credo quod se
suosque proles male inde nutrire posset. Et quamuis fateatur quod ea
multa mala oriantur que reputat occasionalia seu accessoria.
Quero ab eo ubi est expertus quod maior est multitudo taxillis bene
utentibus quam male cum eorum usus lege sit prohibitus et ideo de se numquam bonus
esse possit. Quia qui contra iura mercantur non presumuntur habere bonam
fidem. Et qui lege prohibita facit inmunis esse a peccato non sit nec
penas insertas legibus euitabit qui se contra iuris sanxionem scienter per
rogatiua verborum fraudulenter excusat. Ut dicitur in l. non dubium C.
de legi. et consti. presertim cum dicat glo. si in § interdicimus aut de consecr.
dist. et dicta coll. ix et habetur C. e. ti. l. interdicimus quod ea contra ludere
non liceat sub mortali peccato. Ut dicit archi. in c. Episcopus aut presbiter
xxxv di. Nec obstat si quis dicat quod ista iura loquuntur de clericis
Quia constitucio contra que habetur C. de religiosis et sumptibus fu. extendit hanc pro-
hibicionem ad vniuersos ubi sic dicitur hac lege generali decernimus ut
nulli liceat in publicis vel priuatis domibus ludere vel inspicere etc
Nec valet obiectio quod hec lex loquitur de ludo alearum siue ta-
bularum tantum et non de cartaludiis aut aliis taxillorum ludis. Quia
quod sub certis admodis premittitur sine generaliter aliis modis confessum ne-
gatur ut dicitur in c. Exiit qui seminat de ver. sig. in § Cum quo li. vi
Dicit constitucio contra quinque ludos dumtaxat premittitur et ludus
scacorum consistit eo premisso in glo. d. aut § interdicimus et silebis quibus
exercitur ingenium aut vires ut dicunt doc. presertim panor. in c.
clericis offi. et gentia de vi et ho. cle. et allegat Inno. in c. later-
Triplex genus ludorum — ensium de homicidio. Ubi notatur triplex genus ludorum. Videlicet quod
sole innititur fortune vel sole industrie humane vel ingenio aut
viribus vel mixtim industrie et fortune. Primum et ultimum
sunt prorsus prohibita. Medium vero licitum ita tamen quod non excedatur
quantitas pro qua luditur que non debet maior esse quam vnius solidi
quantitatem inter diuites fit ludus ut dicitur in d. l. contra alearum vsum
Ludi permissi ex legibus — et hoc de genere sex ludus scacorum et quinque ludi nominati in
d. l. contra qui sunt Monobolon .i. ubi lapis in longum proicitur
Hydolomenon .i. ubi lapis vel palus in breue spacium pro-
icitur Reindalta .i. ubi pondus dentibus eleuatur Kayron

.i. ubi equitibus currendo cum hasta rem in terra positum leuant ¶ Tercium
ruffum. ubi ligno taxilli proiciuntur. et similes industriales ludi ut
exercicium ad metam sagittando siue cum balista vel bumbarda ¶
Primum autem genus simpliciter est illicitum. de quo genere sunt omnes ludi cartarum
et taxillorum / preter alearum ludus utique censetur mixtum quia partim sit fortune
quo ad taxillos. partim autem industriale ut in distribucione et
partitione vt locatione lapidum ¶ Sed quia ex nomine est prohibitum et est induc-
tiuum ad primum ideo nulla consuetudine siue prescriptione potest prescribi aut
iustum fieri ut notat panormitanus in de c. cum omnes extra alleganis ad hoc c. Ex
parte de consuetudine vnde de c. cum omnes extra et gemerria. licet ~~~~ prohibi-
torie de predictis ludis taxillorum et alearum copulatiue sit ad tax-
illos et alias numquam non ludat. nec liquidi ludis intersint ¶ Miror
valde. vnde ille tantos fructus siue bonos fines expertus sit in ludis.
cum preter pessimos effectus multos tam districte ius ciuile et canonicum
ludos tales prohibuerit ¶ Et certe siue cappatus. siue togatus sit.
ipse in hoc suo argumento totum se docet carnalem. et in ipsum
nichil diuino respectum. cum pro liquidi tamen pro actus turpes tristicia
non bene pellitur. nec fantasie male abiciuntur. sed potius pro hoc
quanto homo plus se inboluit tanto se plus elongat a deo. et extorris
fit a gracia dei. sine qua numquam deo bene seruitur. sed homo plus recedit. et
in ruinam peccati propius graditur. Unde sancta illa Zarra raguelis
filia. vxor thobie iunioris gloriatur Numquam se talibus miscuisse
Numquam inquiens me miscui puellis ludentium sicut in thobia legitur
Et talia docet fugere omnis sacra scriptura ¶ Et per hoc non fantasie
praue abiciuntur. sed potius gemulantur. et certe vix vel ~~~~
raro alius quam in peiores. vel turpiores. qualiter fit eciam in tur-
pibus iocis vel ludis cum meretricibus et aliis mulieribus. ¶ Si ergo
talis abiectio fantasiarum prauarum. et tristicie repulsio in ludis
talibus secundum aduersarium aut concionatorem licita sit. quare omnis iure
sunt prohibita ut permittitur. ¶ Quomodo rogo prostibularius non
excusabitur. qui utique fit quod lege permittitur. ¶ Quia secundum augustinum
Tolle prostibula et cuncta replebis libidine. ¶ Et prostibula
permittit ecclesia propter vitare maiora mala. ut notatur in glosa in c.
Inter opera de sponsalibus. et xxxij q. iiij. meretrices et c. sequenti ¶ Et ludere
cum meretricibus turpibus horis et vanis magnum prestat solacium.
et tristiciarum eciam virtus stat. et aliarum fantasiarum repulsione.
sic et ludi hii prohibiti similibus horis. ¶ Et nescio si tantorum et tot
malorum sint sic hii ludi prohibiti et modi ludendi excessus
Quia secundum archidiaconum in de c. Episcopus aut presbiter xxxv di. ponit nouem
effectus ludorum ¶ Primum est desiderium lucrandi Ecce cupiditas
que radix est omnium malorum xlvij di. bonorum auctori. et j ad thimo-
theum vi Radix omnium malorum est cupiditas ¶ Secundum est voluntas spoliandi
proximum Ecce rapina ¶ Tercium est vsura maxima scilicet xi ~~~~
pro xij non solum in anno vel mense sed in eadem die quandoque in
mutacionibus in ludis fit ex consuetudine ut dicit tex. in c. Inter
dilectos de excessibus prelatorum ¶ Quartum sunt multiplicata men-
dacia verba ociosa et vana que quasi in nullis ludis talibus
eciam que sunt grauiora vitantur ¶ Quintum est blasphemia Ecce here-
sis ¶ Sextum est corrupcio maxima siue multiplex ~~~~ proximorum

qui ad ludum concupiscendum queniunt de praua consue[ne] ¶ Septimum
est bonorum scandalum ¶ Octauum est contemptus prohibicionis sancte
matris ecclesie ¶ Nonum est amissio temporis et bonorum que illo tempore ho
facere tenetur secundum ray. hec ibi. Ecce isti sunt fines quos intendit
imperialis maiestas et sancta mater ecclesia propter quos casus districte
prohibuit quos aduersarius in dicto suo pretenso argumento non videt aut
certe excusare pretendit per quasdam raciones ut sibi videtur magne subtili-
¶ nota dis sed vtique mentita est iniquitas sibi ¶ Si enim cartularios et
taxillificos excusabiles esse vult eiusdem suis racionibus pretensis excu-
sabit prostibularios et mimos illos qui parant taxillos et car-
tas ludentibus vel locat ad precium quia locacio cuiuslibet rei visibilis et
vsu non consumptibilis est licita. patet hoc per totum titulum de loca et conduc
Excusabit eciam hos turpissimos officiales qui communiter vocantur die
platzmeister et silos Quia predicti non agunt contra caritatem dei et
proximi sicut vos forte per supradictum concionatorem docti pretenso ar-
gumento dicitis Sed certe tunc caritas vestra cum dicto concionatore
non dedignemini humili voce regratitudine et compunctione pectora vestra
tundere et dicere. mea culpa quia profecto heu verum est vel fuit quod
velamen habeatis vel habuistis super corda vestra circa noticiam sine scienciam
dei et proximi. que proximum facit deo. et est recta voluntas summa accionum
bonorum sola mortis finis celestium preceptorum eciam sine qua nullus deo placuit
cum qua nec aliquis potest peccare ut dicitur de pe di n c Caritas ut michi
videtur. Quia si deo exhibemus et proximo corde puro et consciencia bona et
fide non ficta non vtique dampnum occasiones peccandi vel peccati. sed peccato fa-
cile resistimus et peccati desideriis nequaquam seruimus. sed sicuti blan-
dimenta contemnimus et omnia que difficilia sunt humane fragilitati vel aspera
eciam cum dilectione perferimus ut ibidem c. si. Cognoscet ergo vestra caritas ex superioribus
an racionem iste quas allegat aduersarius in pretenso argumento et ex nouem
illis malis ludorum supposuit. si huius racionibus caritati sit conformis.
aut se mutuo compaciuntur. Profecto verum erit quod dixistis vtrumque quod non
sit contra caritatem dei et proximi. Si enim verum est quod legitur sapiencie vi
dilectio custodia legum illius est Quomodo rogo hoc non est contra caritatem
quod omni lege ciuili et ecclesiastica tam stricte prohibetur. eciam sub peccato
mortali. et cum pena plectitur. puta suspensionis et deposicionis et ex
communicacionis que tamen pro peccatis mortalibus imponitur ut non xi q iii nullus
et c. Nemo Et non a in d c Episcopus aut presbiter vbi sic [illegible] dicitur de
episcopo et presbitero aut desinat aut certe deponatur id est deponatur secundum glo
de aliis vero clericis ibi dicitur aut desinat aut communione priuetur
id est excommunicetur Ex quibus omnis caligo vestra luce clarius constat in
hac parte circa caritatem et concluditur error vester circa taxillorum
et cartarum ludos ¶ Porro pro finali resolucione huius questionis
Finalis conclusio huius questionis et solucione replicacionum suarum pretensarum pono conclusionem talem
Nullus artifex faciens arte sua ~~[illegible]~~ res ad lasciuiam vel
vanam gloriam aptatas aut aliis actibus prohibitis vel illicitis vel
ad lesionem proximi corporaliter vel spiritualiter sumendas que nec per appli-
cacionem aliarum rerum aut aliis ad licitos vsus pro rei publice

vel piscatorum piscium aut rerum necessariarum aut utilium defensive .
conservative restitutive vel medicina aut decoria vel hiis similibus quando
usui fieri vel esse possunt sed sunt et prestant occasionem ad peccata
pro nulla bona intentione vel intensivo studio acquisitionis bonorum tem-
poralium ad suas superfluas proles ~~[illegible]~~ sustentandas vel
ecclesias faciendas vel ad pia opera contendendas sine certa dispen-
satione aliarum talium artium exercicium nullo modo exerceri possunt nec
quisquam prelatorum ecclesiasticorum vel civilium ad hoc licenciam vel fa-
cultatem concedere ullo modo sine pari discrimine mortalis peccati
potuerit ut ¶ Dico primo ad lasciviam vel vanam gloriam aptas ut
illos qui faciunt fucos meretricios aut vestium novas invenerunt
lascivas formas aut certe etiam faciunt larvas maxime turpes
in aliorum derisionem vel infamiam . Et licet de fuco mulierum dicitur de con
di v fucare quod secundum veniale eis permittitur hoc tamen verum si subest racio- nō
nabilis causa aut certe secundum veniale id est sine pena non aut licite sic causa
capitur ~~[illegible]~~ venia in t Decretis iiij di Aut vestium novas
lascivas formas . Que omnes licitas mulierum et virorum dum hec sunt
secundum communem usum patrie consueta superfluosum est reprehendere ut non xxx
di Si quis virorum Nam talium usus reddit viciosum vel virtuosum humilitas vel
superbia utencium nisi forte in pano vel in preciositate sicut nobilis ex-
cessus qui statum utencium non competeret sicut cum rustici vel plebei porta-
rent vestes olosericas vel tinctas id est purpureas vel siricas de quibus
C de vestibus olobe et deaurata ~~[illegible]~~ prout in quibus tamen nec artifex
esset in periculo dummodo tamen non novas impudicas formas faceret
Similiter de larvas facientibus ad aliorum derisionem vel rismos ad aliorum
infamiam tales utique capitis plectendi sunt nec excusat per ludum ut
no dec i c Si quis noxius de pres et C de libel fam per totum ¶ Dico
autem aliis actibus prohibitis sicut hii qui faciunt cartas et taxillos .
et aleas de quibus est questio sequens de illis qui faciunt alia instrumenta
ludorum licite non prohibitorum sicut scacos et similes de quibus satis supradictum
est ¶ Dico vel illicite et hoc vel racione status persone vel aliis ra-
cione operis turpitudinis vel qualitatis loci . de singulis vide exempla
in summa hostiensis Rubrica de pe et re § Quibus et qualiter
¶ Dico ad lesionem proximi corporalem sicut hii qui faciunt venena seu
toxica vel spiritualiter sicut de hiis qui cantilenas turpes vel rismos
faciunt sicut supradictum est aut etiam certe que possunt inducere ad peccatum
¶ Dico que nec per applicacionem aliarum rerum etc sicut venena fa-
cientes que applicantur aliis rebus et fiunt medicine vel alie res
licite visibiles ad hoc optime facit lex distinguens inter venena
bona et mala adiciens regulam quod flagiciose rei id est que nullo modo
per adiectionem alterius rei sive materie potest esse utilis quando usui nec
empcio nec societas neque mandatum valere potest ff de contrahenda emptione
l Qui venena ¶ Dico autem aliis ad licitos usus rei publice etc
per hoc excludo replicas adversarii puta de cauponibus . Quia
quamvis cauponum officium sit vile officium et vix iuxta sapientem
verbum iustificabitur a peccato labiorum tamen rei publice valde necessarium .

ymo meretricum propter peregrinos et pauperes larifas sibi provisiones
vini facere non potentes ¶ Dico pro defensione eorum per hoc excludo
excepcionem replicacionem adversarij de gladiatoribus balistarijs bom
bardas lanceas etc que conduit adversarius facientes quorum usus ad
defensionem ecclesie et patrie laycis licite permissum est ut xxiij
q iij per totum · licet etiam fabricis ut infidelibus deferant esse excom
municatum ut extra de iude et sar c Ita quorundam ¶ dico decencia vel honestate per hoc excludo
excepcionem adversarij de sartoribus Et sutores instrumentorum mu
